



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

- 6 Limita sexto, quando respublica deberet certam quantitatem frumenti alicui, & eam illi obtulit: & quia erat tempus fertilitatis, creditor accipere recusauit, volens expectare tempus carentie: non isto casu respublica in totum liberatur, etiam si frumentum oblatum extaret: Vt in l. nulli. C. de arropa. milita. annonæ. libr. xij. & in l. Bar. quem tex. ad hoc ponderat Bal. in l. non dubium. nu. 10. verbi gratia. sexto modo fit fraus, C. de legi. & in l. accepta. nu. 24. C. de vlt. Roma. in d. l. quod te mihi. nu. 6. in fine.

REGVLA CLXXVII.

DEBITVM vel onus diminuitur diminutis personis quibus aliquid relinquitur seu debetur. Hanc regu. probat tex. in l. Sen. amico. in princ. ff. de annu. lega. vbi si lego Titio decem annua & interueniet negotiis filiorum meorum qui erant tres, vno mortuo te legatum minuitur, ex quo vnus etiam minuitur. facit tex. in l. p. nult. ff. de condi. & demonst. in l. j. in §. j. C. de cadu. tollen. Facit etiam hoc, nam si debeo alimenta pluribus, quorum numerus sit diminutus. minuitur onus. l. dominus. §. fin. ff. de vsufu. l. iij. §. debeat. & l. pecunia. ff. de alimen. & ciba. lega. alimenta enim cum persona extinguuntur. vt in l. cum ij. in §. constat. ff. de transactio. in l. in singulis. ff. de annuis lega.

- 1 Fallit primo, vbi obligatio est transitoria ad hæredes: quia diminutione personarum non minuitur actio vel obligatio, sed transit ad hæredes etiam si sint collegæ in creditum: Vt in l. veteris. C. de cõtrahen. & commi. stipu. & in l. si pactum. ff. de proba. cum concordan. heres enim personam defuncti representat pro ea parte pro qua est hæres. l. cum a matre. C. de rei vendi. l. si ab eo. C. de negotiis gest. l. j. C. si cer. peta. & censetur eadem persona cum defuncto: vt in Auth. de iureiur. a morte. præst. in princ. colla. v. ita tenet Dec. in l. hæredem. ff. de reg. iur.
- 2 Fallit secundo in indiuiduis: vt in l. si communem. & in l. nam in tit. ff. quemad. seruitu. amittan. & in l. iij. §. Cato. & in l. stipulatio nes non diuiduntur. ff. de verb. obliga. cum ibi nota.
- 3 Fallit tercio, in eo quod debetur pluribus personis, non vt singulis, sed vt vniuersis, quia diminutione personarum etiam si vnus tantum supersit non minuitur obligatio, vt in l. sicut. in §. fin. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine.
- 4 Limita quarto, vbicunque habet locum ius accrescendi, quia peritio personæ deficientis transit ad alium cum onere. Vt in l. vnica. in §. j. cum pluribus seq. C. de cadu. tollen. & in l. & si contra. ff. de vulga. & pupill. & late habetur per Bart. & Doct. præcipue Alex. in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. Quod est intelligendū quādo persona deficiens perfecte excluditur: quia alias non habet locum ius accrescendi: vt in l. si duo. in princ. & ita notata. ff. de iureiuran. iuncta l. com.

communi liberto. ff. de bonis liberti. quæ materia cum sit multum proluxa & ordinarie tractetur non est transcribenda, cum eam latissime examinat Bal. in l. vnica. C. quando non peten. par. vbi notab. & nouissime Hierony. Cagnolus.

REGVLA CLXXVIII.

DEBITVM, vel onus non diminuitur, nec perimit obligationem diminutis personis oneratis, vel quæ aliquid debent, Hanc regulam probat tex. in l. si pactum. ff. de probatio. in l. veteris cum concordan. ibi signatis. C. de contrahen. & commi. stipula. in l. si debitori. C. de pact. in l. pro hæredita. C. de hæredita. actio. & in l. fin. eodem titulo.

- 1 Amplia primo, etiam si obligatio sit in dando, seu in faciendo, siue mista. Vt in d. l. veteris.
- 2 Amplia secundo, etiam si diminutio causetur ex inutili adiectione personæ ad obligationem: vt si fundus quem habebam communem cum Titio fuit a me venditus pro decem, nam licet ratione Titij non teneat venditio, nihilominus ego sum in totum ad præstium obligatus, & in me firma manet totius fundi venditio: vt in l. fundus ille. ff. de contrahend. empt.
- 3 Amplia tertio, in indiuiduis, in quibus quislibet insolidum tenetur. Vt in l. fideicommissa. in §. penult. ff. de lega. iij. nam si vnus ex coheredibus est grauatus opus facere ciuitati, vel statuâ, vel aliud indiuiduum, potest insolidum astringi coherede nolente vel negligente, vt habetur in l. ij. in §. j. & ij. & in l. iij. in §. Cato. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obl.
- 4 Amplia quarto, non solum si diminutio causetur ex morte vnus personæ, verum etiam ex alio defectu, vt quia sit incapax, vel inhabilis, vel si sit diminutio dispositionis, siue postea superveniat. Vt habetur in l. j. in §. j. cum plurib. seq. C. de cadu. tollen. & in l. si Titio. ff. de leg. iij.
- 5 Amplia quinto, in pluribus qui aliquid debent vt vniuersi. vt in l. licet. in §. si. cum ibi notatis. ff. quod cuiuscunque vniuersi nomi.
- 6 Fallit primo, in onere vel debito coherendi personæ, quia non transit ad hæredes cum extinguatur cum persona, vt in l. centesimis in §. j. ff. de verborum obligationi. & in l. si decefferit. & ibi Bartol. & Doct. ff. qui satisfda. cogan. & in l. j. in §. ne autem. C. de cadu. tollen.
- 7 Limita secundo, vbicunque est electa industria personæ, quia cū obligatio non egrediatur personam perit & cessat. Vt in l. inter artifices. ff. de soluto. notatur in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis. Ita dixit Bar. in l. si sit stipulatus. in fine. ff. de verbo. obligatio. Bald. in d. §. ne autem. & in l. continuus. §. si ab eod. ff. de verborum obligatio. Cin. & Doct. in l. veteris. C. de contrahen. & committē.